

INTROIT Psalms 26: 8-9

Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me. (Ps. 26: 1) Dóminus illuminátio mea, et salus mea: quem timébo? Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum. vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me.

COLLECT

Pérfice, quæsumus, Dómine, benignus in nobis observántiæ sanctæ subsídium: ut, quæ te auctóre faciéndã cognóvimus, te operánte ímpleámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON 3 Kings 17: 8-16

In diébus illis: Factus est sermo Dómini ad Elíam Thesbítē, dicens: Surge et vade in Saréphtha Sidoniórum, et manébis ibi: præcépi enim ibi mulferi víduæ, ut pascat te. Surréxit et ábiit in Saréphtha. Cumque venísset ad portam civitátis, appáruit ei mulier vídua cólligens ligna, et vocávit eam, dixítque ei: Da mihi páululum aquæ in vase, ut bibam. Cumque illa pérgeret, ut afférret, clamávit post tergum ejus, dicens: Affer mihi, óbsecro, et buccéllam panis in manu tua. Quæ buccéllam víduæ in manu tua. Quæ respóndit: Vivit Dóminus, Deus tuus, quia non hábeo panem, nisi quantum pugíllus cápere potest farínæ in hýdria, et páululum ólei in lécytho: en, collige duo ligna, ut ingrédias, et fáciam illum mihi et filio meo, ut comedámus et moriámur. Ad quam Elías ait: Noli timére, sed vade, et fac, sicut dixísti: verúmtamen mihi primum fac de ipsa farínula subcinerícium panem párvulum, et affer ad me: tibi autem et filio tuo fácies póstea. Hæc autem dicit Dóminus, Deus Israël: Hýdria farínæ non defécit, nec lécythus ólei minuétur, usque ad diem, in qua Dóminus datúrus est plúviam super fáciem terræ. Quæ ábiit, et fecit juxta verbum Elíæ: et comédit ipse et illa et domus ejus: et ex illa die hýdria farínæ non defécit, et lécythus ólei non est imminútus, juxta verbum Dómini, quod locútus fúerat in manu Elíæ.

GRADUAL Psalms 54: 23, 17-19

Jacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

GOSPEL Matthew 23: 1-12

In illo témpore: Locútus est Jesus ad turbas et ad discípulos suos, dicens: Super cáthedram Moysi sedérunt scribæ et pharisæi. Omnia ergo, quæcúmque dixerint vobis, serváte et fácite: secúndum ópera vero eórum nolíte fácere: dicunt enim, et non faciunt. Álligant enim ónera grávia et importábilis, et impónunt in húmeros hóminum: dígitó autem suo nolunt ea movére. Omnia vero ópera sua faciunt, ut videántur ab homínibus: dilátant enim phylactéria sua, et magníficant fímbricas. Amant autem primos recúbitus in cenis, et primas cáthedras in synagógis, et salutatiónes in foro, et vocári ab homínibus Rabbi. Vos autem nolíte vocári Rabbi: unus est enim Magíster vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolíte vocáre vobis super terram, unus est enim Pater vester, qui in cælis est. Nec vocémini magístri: quia Magíster vester unus est, Christus. Qui major est vestrum, erit mínister vester. Qui autem se exaltáverit, humiliábitur: et qui se humiliáverit, exaltábitur.

OFFERTORY Psalms 50: 3

Miserere mei, Dómine, secúndum magnam misericórdiam tuam: dele, Dómine, iniquitátem meam.

SECRET

Sanctificatióem tuam nobis, Dómine, his mystériis operáre placátus: quæ nos et a terréna perducát, et ad cælestia dona perducát. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 9: 2-3

Narrábo ómnia mirabilia tua: lætabor, et exultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

POSTCOMMUNION

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus: fac nos tuis, quæsumus, semper obedire mandátis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et animárum nostrárum medére languóribus: ut, remissióne percépta, in tua semper benedictióne lætámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

To Thee my heart speaks; Thou my glance seeks; Thy presence, O Lord, I seek. Hide not Thy face from me. (Ps. 26: 1) The Lord is my light and my salvation; whom should I fear? Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To Thee my heart speaks; Thou my glance seeks; Thy presence, O Lord, I seek. Hide not Thy face from me.

Mercifully help us, O Lord, to fulfill this holy observance, that by Thy grace we may carry out those things which we have learned, on Thy word, must be done. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, the word of the Lord came to Elías the Thesbite, saying: Arise, and go to Sarepta of the Sidonians, and dwell there: for I have commanded a widow woman there to feed you. He arose, and went to Sarepta. And when he was come to the gate of the city, he saw the widow woman gathering sticks, and he called her, and said to her: Give me a little water in a vessel, that I may drink. And when she was going to fetch it, he called after her, saying, Bring me also, I beseech you, a morsel of bread in your hand. And she answered: As the Lord your God lives, I have no bread, but only a handful of meal in a pot, and a little oil in a cruse. Behold I am gathering two sticks, that I may go in a dress it for me and my son, that we may eat it, and die. And Elias said to her: Fear not, but go and do as you have said; but first make for me of the same meal a little hearth-cake, and bring it to me; and after make for yourself and your son. For thus says the Lord the God of Israel: The pot of meal shall not waste, nor the cruse of oil be diminished, until the day wherein the Lord will give rain upon the face of the earth. She went, and did according to the word of Elias; and he ate, and she, and her house; and from that day the pot of meal wasted not, and the cruse of oil was not diminished, according to the word of the Lord, which He spoke in the hand of Elias.

Cast your care upon the Lord, and He will support you. When I called upon the Lord, He heard my voice from those who war against me.

At that time, Jesus spoke to the crowds and to His disciples, saying, The Scribes and the Pharisees have sat on the chair of Moses. All things, therefore, that they command you, observe and do. But do not act according to their works; for they talk but do nothing. And they bind together heavy and oppressive burdens, and lay them on men's shoulders; but not with one finger of their own do they choose to move them. In fact, all their works they do in order to be seen by men; for they widen their phylacteries, and enlarge their tassels, and love the first places at suppers and the front seats in the synagogues, and greetings in the market place, and to be called by men: Rabbi. But do not you be called: Rabbi; for one is your Master, and all you are brothers. And call no one on earth your father; for one is your Father, Who is in heaven. Neither be called masters; for one only is your Master, the Christ. He who is greatest among you shall be your servant. And whoever exalts himself shall be humbled, and whoever humbles himself shall be exalted.

Have mercy on me, O Lord, in the greatness of Thy compassion; O Lord, wipe out my offense.

Through this sacrament, O Lord, graciously perform Thy holy work, that it may cleanse us of earthly vices and bring us to heavenly rewards. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

I will declare all Thy wondrous deeds; I will be glad and exult in Thee; I will sing praise to Thy name, Most High.

Grant us, O Lord, ever to obey Your commandments, that we may be worthy of Thy sacred gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God. Mercifully heed our humble prayers, O Lord, and heal the weakness of our souls, that having obtained forgiveness, we may ever rejoice in Thy blessing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.